وكاتبه نميم [نايم .l] في الترابي.
اسال الذي يقرا بهذا الكتابي
يدعي لي في الخلاص من العذابي.
لعل الله يسمع من دعاه:
ويوهب له حسن التوابي.

Post me manebit scriptura mea in meo libro,
Quum manus mea terra induta est;
Per seclum nitebit in libris scriptura, dum dormit in sepulchro scriba.
Rogo quicunque hunc meum librum legat,
Oret pro me ut salvus evadam e suppliciis:
Forte preces ejus audiet Deus, et ut poenitentiam agat propitius dabit.

3. Homilia Mar Ephraimi eadem ac in codice priore, fol. 222. In fine; الله ⁘ يرحم الكتاب امين. [Hunt. 109.]

8.

Codex bombycinus in folio, ff. 154 constans, vetustus, mutilus, fine carens, binis columnis Syriace et Carshunice, charactere simplici eleganter exscriptus.

Inest Psalmorum Davidis versio simplex secundum S. Athanasii recensionem disposita, cui in altera columna addita est versio Arabica. Ad calc. Hymnus Mosis prophetae, fol. 151: Esaiae, fol. 153: Mosis alter, ibid.

Chartacea, manu recenti, misere exarata sunt ff. 1—9, 40—43; deest fol. inter ff. 108, 109, quo inerant Ps. cv. vv. 18—37.

In margine fol. 69, dicit diaconus quidam Elias, fil. parochi Joannis, الشماس الياس ابن الخوري يوحنا se librum emisse pro nummis 675, وهو مشترا بست مايه خمسه وسبعين. Nomen nummi omissum est, sed quum certe fuerit minutissimus, opinor eum fuisse الفلس. [Bod. Or. 535.]

9.

Codex bombycinus in folio, ff. 187 constans, binis columnis, Syriace et Carshunice, charactere simplici, A. C. 1518, a scriba Jacobita exaratus, qui se codicibus Gregorii Bar-Hebraei adcuratissimis usum esse profitetur. Fidei Monophysiticae professionem in epigraphe addidit. Inest;

1. Psalmorum versio simplex cum solita versione Arabica[a].

Tit. ܚܠ ܫܠܡ ܡܚܒܪܢܐ ܡܠܟ ܢܒܝܐ ܕܒܥܘܬܐ ܘܒܛܝܒܘܬܐ ܕܡܪܢ ܕܟܠ ܡܕܡ ܨܒܐ ܕܢܬܦܪܩܘ ܘܠܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܟܠ ܒܪܢܫ ܨܒܐ ܕܢܬܚܝܐ ⁘ ܫܘܬܦ ܥܡ ܐܝܠ ܡܫܒܚ ܡܚܝܐ ܡܡܬܐ [ܘܡܟܠܟܠܢܐ] ܘܡܟܠܟܠܝܢܐ ܕܟܠ ܥܠܡ ⁘ ܡܫܬܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܢ ܕܡܐ Ope et auxilio et beneficentia Dñi, qui omnia vult salvari, initium facio scribendi Librum Canticorum sive Psalmorum Davidis regis et prophetae secundum versionem Syriacam: cujus in confirmationem sunt quae ex versione Septuagintavirali afferemus, adhibitis etiam in ejus elucidationem Aquilae, Symmachi,

[a] Ante titulum Carshunice scripta est كيفية الصلاوات الليلة والنهارية Officiorum Noctis et Diei enumeratio, qua et horae et quid cuique horae proprium sit, et res, pro quibus singulis hebdomadis diebus preces fundantur, descriptae sunt. Ad calc. ⁘ ܫܠܡ ܡܢ ܟܬܒ ... Scripsit Gregorius imbecillis Hierosolymitanus A. Graec. 1833, C. 1522, in urbe Beroea sive Halebo.

Theodotionis, necnon Pentapla et Hexapla versionibus [b].

Sequitur eadem ac in Hunt. 109. praefatio, deleta Philoxeni, utpote haeretici nomine: notitiaeque ex Athanasio, Hippolyto, Basilio, Epiphanio desumptae, caeteris omissis. Denique cuique psalmo duplex titulus praefixus est, prior literalis, alter mysticus.

Ad calc. ܟܠܗ ܡܢܝܢ ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܠ ܡܙܡܘܪ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܬܬܡܐ ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܠ ܡܙܡܘܪ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܬܬܡܐ ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܠ ܡܙܡܘܪ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܬܬܡܐ ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܠ ܡܙܡܘܪ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܬܬܡܐ ܟܬܒ̈ܐ ܕܥܠ ܡܙܡܘܪ ܟܠ ܚܕ ܘܚܕ ܡܬܬܡܐ ∴ Explicit. laudes Davidis regis et prophetae, quae numero sunt 150: versicc. autem 4832; gradus 15; gloriae 60; dispositae secundum expositionem S. Mar Athanasii. Libri quinque sunt. Inest nomen Dñi 732[is]; et nomen Dei 400[es] scriptum.

2. Cantica, fol. 175.

α. Psalmus cli, fol. 175. β. Hymnus Mosis prior, ib. γ. Esaiae, fol. 177. δ. Mosis alter, fol. 178. Ad calc. ܗܠܝܠܘܝܐ ܗܠܝܠܘܝܐ ܗܠܝܠܘܝܐ ∴ Gloria Patri in quo incepimus, et Filio in quo medium attigimus, et Spiritui Sancto in quo absolvimus, in secula seculorum. ε. Oratio Dominica, fol. 182. ϛ. Symbolum Nicaenum, ib. Tit. ܬܫܥ ܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܩܕܝܫܐ ∴ Confessio sive Fides sanctorum 318 patrum, qui Nicaeam in Bithynia, diebus victricis regis Constantini convenerunt, et anathematizaverunt Arium [c]. Ipse autem Christus eam suo ore coram iis pronuntiavit. Oportet autem doctores discipulis suis parvulis antea omnia eam docere, et postea psalmos, preces, hymnos, antiphonas. [In ea recitanda] sacerdos pluraliter dicet, Nos credimus: populus autem quisque singulariter pro se dicet, Ego credo. ζ. Beatitudines, fol. 184. Tit. ∴ Sequuntur decem beatitudines quas dedit Dñus in Evangelio; quarum quinque ad animam, quinque ad corpus pertinent; quinque spiritales, quinque corporeae. Litera autem Yod, h. e. numerus decem, nomen Jesum per mysterium significat. η. Magnificat, ib. θ. Gloria in excelsis, fol. 185. In fine ejus plures addunt versiculi, quorum primus, Semper et per omnes vitae nostrae dies benedicam et laudabo nomen tuum. Ad calc. ∴ Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto e seculis usque in secula seculorum, Amen et Amen.

In fine; ܫܠܡ ܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܒܪ ܐܢܫ ܘܒܪ ܐܠܗܐ ∴

[b] Multum vereor ut alicubi inveniri possit versionis psalmorum simplicis exemplar sincerum. Nihil aliud enim vult confirmatio et elucidatio ista de qua blaterant scribae, quam textus corruptio, obtrusis ad libidinem pro verbis ejus quicquid in aliis versionibus scribis ineptis placuerit.

[c] Nomen Arii, utpote haeretici, sursum deorsum scriptum est, et neque caetera minio, sed atramento.

Ori quod locutum est misericordia, et manui quae scripsit venia; recitoribus et auditoribus clemens sit dominus in die judicii. Dñe Jesu Christe, cujus morte totus mundus veniam adeptus est, per gratiam tuam peccatis servi tui qui tuas laudes exaravit veniam concede; et quum die judicii hominum secreta detegantur, scelera Said-Allah miseri infirmique misericors absconde, per Amen rerum caelestium, et etiam per Amen rerum terrenarum.

Et postea; Dñe ne sperne mercedem quinque sororum [digitorum?] quae in tua vinea laboraverint, sed una cum quinque virginibus quae in tuum thalamum intraverunt, gaudio fruantur, Amen.

Item; Ut gaudet nauta cujus navis in portum ingreditur, sic gaudet scriba in linea ultima scribenda.

Item; Honori et gloriae Trinitatis adorandae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei veri, quam tripliciter confiteri et singulatim praedicare oportet: cujus tres unus sunt, et unum in tribus confitemur: e cujus tribus personis una, Verbum scilicet Dei, e caelis descendit voluntate sua et Patris et Spiritus Sancti, et in sinu virginis Deiparae Mariae deversata est, et e puritate ejus nata est, neque claustrum virginitatis solvit; quae neque augmentum personarum nec proprietatum admittit, sed unus est Dominus et homo et Deus. Cui pro certo habemus unam esse personam, et unam

voluntatem et unam naturam, et anathema sit quicunque ei duas naturas et duas personas adnumeret; et anathema sit quicunque Deitatem e corpore quod cum eo in crucem elevatum est, et cum eo in sepulchrum descendit, et cum eo in caelos adscendit, separet; ubi e dextra Patris arcani qui eum genuit sedet, et a rebus creatis laudatur. Hic autem Liber Psalmorum Davidis regis et prophetae, qui Cor Dei cognominatus est, in honorem et aedificationem sanctae ecclesiae perfectus et finitus est anno 1829 Graecorum dolosorum, (A. D. 1518,) die sabbathi, tertia mensis aestivi Tamuz luce, festo sancti Mar Thomae apostoli, nona lucis hora. Exscripsimus autem secundum id quod in exemplaribus adcuratis sancti Mar Gregorii, Mafriani sive Catholici Orientis, invenimus. Haec denique facta sunt diebus custodum vigilum, et pastorum prudentium Mar Ignatii Antiochiae et Mar Joannis Alexandriae patriarcharum: Dñus eos in sancta ejus ecclesia per multos annos stabiliat, Amen. Hunc thesaurum acquisivit diaconus illustris, reverendus, castus, Joannes Mardinaeus cognominatus Bar-Kari', in usum filii ejus diaconi Hasan, filii benedictionis et fructus vitae, ut in eo disceret et proficeret. Det ei Dñs vitam productam propter preces Deiparae et omnium sanctorum. Scriptus est in urbe Emesa manu infirmi et peregrini Hegumeni sive Comitis Phoenices, Said-Allah, filii Hierosolymitani Abd-Allah; in quos misericors sit Dñs. Qui autem misericors est, misericordiam adipiscetur: et Deo gloria, Amen.

In ultimi folii obverso sequitur كيفية الصلاوات والالحان, sc. de modis precum et tonis in quibus decantandae sunt (secundum octoechum) ab eodem scriba qui in primi folii recto precum horas descripsit.

[MARSH. 327.]

10.

Codex bombycinus laevigatus in quarto, ff. 124 constans, haud ita vetustus, fine mancus, charactere simplici exaratus. Chartacea et recentiore manu sunt ff. 1—27, 116. Insunt;

1. Psalmi Davidis secundum versionem simplicem. In margine adscriptae sunt variae lectiones ex editione Erpeniana depromptae[a], fol. 1.

2. Hymni biblici, sc. *α*. Mosis prior, fol. 120. *β*. Esaiae, fol. 121. *γ*. Oratio Dominica, ib. *δ*. Canticum Deiparae, ܬܫܒܚܬܐ ܕܡܪܝܡ ܝܠܕܬܐ, h. e. Magnificat, ib. *ε*. Beatitudines, fol. 123. *ϛ*. Gloria in excelsis, sc. ܬܫܒܚܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ܩܕܡ ܡܪܢ ܕܐܬܝܠܕ ܒܫܘܫܒܐ ∴ ܕܒܝܬ ܠܚܡ Hymnus angelorum die Dñi natali, quem interpretatus est Athanasius Alexandrinus, ib. *ζ*. Trisagium, secundum ritum Monophysitarum: cuique versiculo addita est amplificatio quaedam. Eradere conatus est nescio quis verba controversa, ܕܨܠܒܬ ܥܠܢ, fol. 124. Caetera desunt. [BOD. OR. 51.]

11.

Codex bombycinus in quarto, ff. 188 constans, vetustate corruptus, fine mancus, charactere simplici exaratus. Insunt;

1. Psalmi Davidis secundum versionem simplicem, fol. 1.

Tit. ܒܫܡ ܬܠܝܬܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ ܚܕ ∴ ܐܡܝܢ ܐܬܝܗܒ ܠܢ ܡܪܢ ܬܫܒܘܚܬܐ Ope Trinitatis sanctae scribimus Psalmos Davidis regis et prophetae. Ad calc. ܫܠܡ ܐܬܟܬܒ ... ܐܡܝܢ ... ܗܠܠ ... ∴ ܐܡܝܢ Explicit.

[a] Concessit hunc codicem Jacobus Usserius in Bibl. Polygl. Lond. usum, ubi signo Uss. notatur.

Psalmi 150, quorum versicc. in universum sunt 4832. Sunt qui duodecim (psalmos) addiderint, quorum nobis nullum opus est.

2. Hymni biblici, sc. *α*. Mosis prior, fol. 173. *β*. Esaiae, fol. 175. *γ*. Mosis alter, ib. *δ*. Magnificat, fol. 180. *ε*. Symbolum Nicaenum, ib. *ϛ*. Oratio Dominica, fol. 181. *ζ*. Beatitudines, fol. 182. *η*. Gloria in excelsis, sc. ܫܒܚܬܐ ܕܠܥܠܝܐ ܠܐܠܗܐ ܘܥܠ ܐܪܥܐ Hymnus quo ad finem perducitur officium noctis. *θ*. S. Ephraimi Homilia, cujus initium ܐܝܟ ܕܐܡ ܐܡܪ, fol. 184. Deest fol. ultimum, quo inerant hujus homiliae versus plurimi.

In fine; ܘܟܬܒܗ ܥܒܕ ܒܪ ܫܘܠܡ ܚܛܝܐ ܡܣܟܝܢܐ ܕܒܝܬ ܩܒܪ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܟܥܒܘܫ ܡܢ ܩܪܬ ܚܕܫܝܬ ܒܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܒܫܡܗ ܕܫܡܥܘܢ ܕܝܩܢܐ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܒܪ ܟܗܢܐ ܕܐܬܪ ܒܗ ܐܠܗܐ ܠܡܚܣܐ ܠܗ ܘܠܡܠܦ ܠܗ ܠܚܝܐ ܥܠܡܐ ⁘ ܒܫܢܬ ܫܡ ܠܚܠܩ ܣܘܦ Ad terminum perduxit hunc benedictum librum servus vilis pauper egenus peccator abjectus in mare peccatorum et scelerum immersus Simeon, nomine diaconus, filius presbyteri Aaronis, fil. parochi Joannis, fil. Kha'bush, ex urbe Hadshit, in monte Libano * * * * *. Scriptus autem est jussu fratris diaconi Tomit, et filii ejus diaconi Joannis. Ut in eo legendo proficiat concedat ei Deus, et doceat eum in vitam aeternam, Amen.

In margine Petrus diaconus, et Abdal-'aziz parochus se hunc codicem inspexisse profitentur die primo mensis Moharram anno Hejrae 1073, C. 1662. [Hunt. 401.]

12.

Codex bombycinus in quarto, ff. (222—42 =) 180 constans, vetustus, mutilus, praehumore evanidus, initio et fine carens, binis columnis, quarum altera charactere antiquiore, altera Arabico sermone et charactere exscripta est. Insunt;

1. Psalmi Davidis sec. vers. simp. in viginti *καθίσματα* distributi, secundum Graecorum morem[a], quorum cuique praefixae sunt preces et B. V. Mariae invocationes Arabice.

Desunt ff. 1—5, 9, 10, 12—14, 16—21, 24—26, 41, 42, 66, 81, 88, 99, 105—112, 119, 130, 135, 145, 146, 151, 152, 189, 193: quibus inerant Ps. i—iii. 4, vi—viii. 2, ix. 2—x. 18, xii. 2—xviii. 18, xviii. 45—xxi. 4, xxx. 24—xxxiii. 4, xlvii, lviii. 9—lix. 10, lxv. 1—10, lxxi. 8—20, lxxiv. 12—lxxviii. 27, lxxx. 15—lxxxi. 9, lxxxix. 16—32, xci. 14—xcii. 4, ci. 6—cii. 18, civ. 19—cv. 9, cxx. 8—cxxii. 4, cxxviii. 5—cxxxii.

Notatio Syriaca cum versione Anglicana convenit usque ad Ps. cxiv, cui Ps. cxv conjunctus efficit ut Ps. Syriacus cxv noster sit cxvi: e contra Ps. cxlvii in duas partes versu 12 divisus est, unde Ps. cxlviii denuo cum versione nostra congruit.

2. Hymni biblici, Syriace; sc. *α*. Mosis prior, fol. 215. *β*. Ejusdem alter, fol. 216. *γ*. Annae, 1 Sam. ii. 1—10, fol. 219. *δ*. Habacuc, fol. 220. *ε*. Esaiae, fol. 221. *ϛ*. Jonae, fol. 222. *ζ*. Cantus trium puerorum, vv. 3—7, ibid. Caetera desunt. [Dawk. 55.]

---

[a] Melchitarum esse opinor Codd. Dawk. 55, 33, et Poc. 2, propterea quod Psalmos exhibent in xx *καθίσματα* distributos: Melchitas autem rebus in omnibus Graecos imitatos esse satis constat. Quinetiam scripti sunt omnes in eo antiquo charactere, quem vulgo vocant Nestorianum, minime quasi, ut putavit, Land, Anecd. Syr. i. 85, soli Nestoriani eo usi sunt, sed quia usus ejus apud eos diuturnior fuit. Versio denique Psalm. Arabica in hoc codice arcte cum ea convenit quae Halebi, 1706, sub prelo missa, Melchitarum esse fertur. E contra verss. Arab. ap. codd. Hunt. 109, 250, Bod. Or. 535, propius ad textum Gabr. Sionitae, Romae 1614, accedunt, magnis tamen cum differentiis et ab eo, et inter se, utpote quae ad normam vers. Syriacae redactae sunt.

13.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. (272—2=) 270 constans, mutilus, initio fineque carens, humiditate corruptus, charactere antiquiore exscriptus. Insunt;

1. Psalmi Davidis sec. vers. simp. in viginti *καθίσματα*, seu sectiones distributi, quarum cuique praefixae sunt eaedem preces et invocationes ac in cod. priore.

Desunt ff. 1, 2, ac Ps. i—ii. 7: de notatione eadem ac in cod. priore observanda: denique ff. 135, 136, seriore manu scripta sunt ad mendam reficiendam. Nam quum vox ܩܕܡ bis in Ps. lxxx occurrit, sc. in vv. 7, 14, scriba quae intersint omiserat.

2. Psalmus 151, Arabice, fol. 252.

3. Hymni biblici, sc. *α*. Mosis prior, fol. 253. *β*. Alter, fol. 255. *γ*. Annae, fol. 261. *δ*. Habacuc, fol. 262. *ε*. Esaiae, fol. 263. *ϛ*. Jonae, fol. 265. *ζ*. Trium puerorum, vv. 3—34, fol. 266. *η*. Ejusdem pars altera, vv. 35 seqq. quibus tamen non omnino consentit. *θ*. Magnificat, fol. 271. *ι*. Zachariae, fol. 272. Caetera desunt.

Seriore manu sunt ff. 262, 263.

[Dawk. 33.]

14.

Codex bombycinus laevigatus in duodecimo, ff. 232 constans, charactere simplici adpositis plerumque vocalibus, A.C. 1519, pulchre exaratus. Insunt;

Psalmi Davidis secundum versionem simplicem, fol. 1.

Tit. ܚܠ ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܠܗܐ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܒܫܡ ܐܒ ܘܒܪ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܬ ܚܕ ܐܠܗܐ ܘܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢ ܒܟܠ ܕܪ ܕܪܐ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ✣ ܐܡܝܢ ܘܐܡܝܢ Ope sanctae Trinitatis confisus initium facio scribendi Librum Psalmorum Davidis regis et prophetae. Ad calc. Carshunice, كمل هذا الكتاب بعون الله تعالي سنة الف وثمنمايه وثلاثين يوم الاثنين وقت نصف النهار في عشرين يوم مطت من شهرا حزيران في قريه برنسا في جبل لبنن المبارك في بلاد البترون فن معاملت طراب علي يد انسان خاطي مسكين موسي ابن باكوس ابن ثوما ابن كامل من قرية حطون المباركه الرب ✣ Explicit. hic liber Dei summi auxilio A. G. 1830, C. 1519, feria secunda circa meridiem, currente adhuc die vicesimo mensis Junii, in urbe Barnesa in monte benedicto Libano in agro Berytensi et provincia Tripolitana, manu viri peccatoris pauperisque Mosis fil. Bacchi, fil. Thomae, fil. Carmel, e vice Hhatun benedicto magnoque. [Laud. 32.]

15.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. (129—2=) 127 constans, charactere simplici, A.C. 1578, bene exaratus. Insunt;

1. Liber Psalmorum in quinque libros et quindecim sectiones, ܚܡܫܝܬ, dispositus, fol. 3.

Tit. opere intertexto circumdatus, ܚ ܠܟܠ ܠܟܠ ܡܢ ܡܢ ܠܚܘܕܝ ܡܫܒܚ ܠܐܠܗ ܕܐܠܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܝܐ ܕܟܠ ܕܒܪ ܕܒܪ ܕܐܠܗ ܘܕܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܫܡܐ ܕܚܝܐ ܡܫܒܚ ܘܡܓܕ ✣ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ Ad Deum Deum clamans ut opem meae infirmitati ferat, accedo ad librum canticorum exscribendum, qui Liber Psalmorum est Davidis regis et prophetae, et Dei cordis; necnon aliorum sodalium ejus electorum: secundum versionem Syriacam simplicem.

2. Psalmus 151, fol. 122.

3. Oratio matutina per jejunium quadragesimale recitandum, ib.

Tit. ܡܫܬܚܐ ܡܫܠܡ ܕܐܡܪ ܕܐܡ ✣ ܐܢ ܐܢܚܢ ܟܬܒܝܢ ܨܠܘܬܐ Jam scribemus orationem matutinam quae diebus jejunii magni recitatur.

4. S. Ephraimi Homilia de amore sapientiae, cujus initium, ܟܬܒ ܡܠܦܢܐ ܕܡܪ ܐܦܪܝܡ, fol. 123.

Tit. ܟܬܒ ܡܝܡܪ ,ܐܬܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܥܠ ܡܪ ܐܦܪܝܡ ܐܦ ܗܢ ܡܐܡܪܐ ܕܝܠܢ ܐܡܪ ܐܢܐ

effugere facit, accipiemus: bibemusque poculum, cujus e supernis in nos potus defluxit, fol. 2. β. ܨܝܕܐ ܕܣܗܕܐ ܕܣܘܠܝ Preces de mensa, h. e. Benedictiones ciborum, ib. Multis hujusmodi benedictionibus utebantur Syri Jacobitae, sc. in primam mensam; in secundam, ܒܣܘܪܐ ܕܣܘܡܣܐ ܕܨܝܕܐ; in fine coenae; quum apud alium coenabant; quum adponerentur fructus; vel pepones et bellaria (?ܡܠܬܐ) ܣܘܕܐ [a] ܕܫܘܫܐ; quum casu aliquid pollutum sit. γ. Oratio quum elementa discere incipit puer; tit. ܨܠܘܬܐ ܕܣܘ ܕܠܝܠܐ ܕܐ ܕܣܒܠ ܠܗ ܠܣܦܪ ܕܫܒܩ ܒܝܬ ܕܐ ܕܐܡ ܕܣܒܠ ܠܗ ܠܟܗܢ ܕܣܡ ܕܐܠܗ ܠܗ ܠܟܗܢ ܕܣܡ ܕܐܠܗ ⁘ ܠܝܠܐ ܠܗ ܠܟܗܢ ܕܣܡ ܕܐܠܗ Oratio pro puero, quum parentes eum in librum ediscendum incumbere velint: adducant eum ad sacerdotem, qui hanc orationem super panis crustum exscriptam ei comedendam tradet, fol. 4. δ. Oratio pro aegrotis, ib.

2. Versus qui eodem sono terminantur, ܫܘܪܝܐ ܕܡܬܩܠܐ, metro dodecasyllabo, cujus auctor celebratur Jacobus Sarugensis, fol. 5.

α. Excerpta ex homilia rhythmica, ib. β. Ejusdem Mar Jacobi homilia, fol. 6. Laudes, ܫܘܒܚܐ, pro coetu ecclesiae, pro unoquoque sanctorum, pro episcopis, in cereos, iterum pro episcopis [b], ib.

3. Disticha praecipua, sive preces maxima ex parte ex Psalmis desumptae, fol. 9.

Tit. ܨܠܘܬܐ ܕܐ ܕܫܡ ܡܢ ܫܡ ܚܢ ܕܥܡ ܕܟܗ ܕܐ ܕܟܗܢܐ ܪܒܐ ܕܐ ܕܫܡ ܕܐ ⁘ ܫܪܝܐ Jam in nomine Dñi nostri Jesu summi Dei, et summi sacerdotis magni, initium facio scribendi disticha praecipua [c]. Sequuntur minime ad verbum exscripti, Pss. li, cxlii, cxix. 105—112; hymnus in vigiliis cantandus, ܫܒܚܬܐ, e Pss. cxxxiv, cxix, 169—176, cxxxiii, et Christi sanctorumque invocatione constans; hymnus pauperum, ܫܒܚܬܐ ܕܡܣܟܢܐ, e Pss. cxlviii, cxlix, cl; alius mane recitandus post "Deus meus, Tu es Deus meus, in te sperabo," e Ps. cxiii; responsorium matutinum, ܫܒܚܬܐ ܕܨܦܪ, e Pss. lxiii, et xix; hymnus Esaiae prophetae; Mosis hymnus prior; denique hymnus pro die magni jejunii.

4. S. Ephraimi rhythmus de sapientiae amore, fol. 15.

Tit. ܡܐܡܪ ܚܕ ܕܡܪ ܐܦܪܝܡ ܕܟܗ ⁘ ܕܐܡܘܪ ܠܗ ܕܐ ܡܠܦܢ ܠܗ ܕܐ Sequitur S. Mar Ephraimi homilia de doctrina et admonitione [d].

5. Psalmi Davidis, in quindecim gradus distributi, quibus praecedunt quatuor paginae miniaturis impletae [e], fol. 20.

Tit. ܫܪܐ ܕܐܡܘܪ ܕܒܝܬ ܫܘܬܐ ܕܐ ܕܟܗ ܕܫ ܫܢ ܕܐ.

---

[a] Quantopere mysteria Christiana mentibus Syrorum semper obversabantur ex hac oratione patet, sc. "Deus incorporalis qui corpus accepisti, dextram tuam omnium benedictionum plenam extende, ut has aquas, quae gratia tua, multisque tuis misericordiis corpus acceperint, benedicat; ita ut e rebus corporeis et incorporalibus laus et gloria tibi Dñe ascendat, Patrique tuo, Spirituique tuo Sancto."

[b] Plerumque hae laudes nihil nisi preces sunt pro alicujus felicitate: est tamen ubi quasi epigrammata sint; e. g. in Laude Cerei rogat scriptor, quare per noctem lachrymas fundat? Cui cereus respondet, Quia non suffecit me de mediis apibus melliferis abducere, quin etiam caput meum igne accenderint. In alia, se in corde id lumen habere profitetur, quod in capite gerit cereus.

[c] Reddit Castellus ܪܫܐ ܕܐ "principales conjunctiones, titulus serm. in Psalt. Jacob." proculdubio ad hunc locum respiciens. Sed quae sequuntur minime sermo sed Psalmi sunt; si etiam ff. 91, 151, consulas, patet ܪܫܐ nihil aliud esse quam duo ܬܪܝܢ, h. e. distichon. Notandum etiam est quod in hoc Psalterio non solum ܬܪܝܢ sed etiam ܪܫܐ numerantur, unde suspicor ܪܫܐ ܕܐ disticha esse sive versus praecipuos, ad communiorem usum selectos.

[d] In margine commemoratur "mors praematura filii nobilis benedictique" viri cujusdam, cujus nomen magna cura deletum est, anno 1626.

[e] Adhibitus est hic codex in Bibl. Polygl. Lond. usum, ubi signo Poc. 1. notatur.

ܟܬܒܗ ܕܡܙܡܘܪ ܕܝܘܕ ܢܒܝܐ ܕܗܘ ܕܐܬܝ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܙܡܘܪ ܘܡܙܡܘܪ ܕܐܡܪ ܒܗ ܡܪ ܓܪܓܘܪ ܡܦܪܝܢܐ ܘܕܐܝܠܐ ܐܦܣܩܦܐ ܕܛܠܐ ܡܙܥܠܬ ܐܡܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝ ܟܠ ܡܫܒܚܬܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܕܒܪܝܬ ܟܠ ܒܪܝܬܐ ܕܒܪܝ ܘܕܒܪܝܢ ܘܕܠܐ ܒܪܝ ܘܕܠܐ ܒܪܝܢ ܘܕܠܐ ܢܒܪܝ ܘܕܠܐ ܢܒܪܝܢ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܝ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܝܢ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܝ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܝܢ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܢܬܒܪܘ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܐ ܘܕܠܐ ܐܬܒܪܘ ✣ ܠܥܘܢ Auxilio fretus misericordiae gratiaeque Domini omnipotentis qui omnes vult salvari, initium facio scribendi Librum Canticorum, sive Psalmorum Davidis regis et prophetae, aliorumque virorum eximiorum, secundum versionem Syriacam quamvis omnino sit.... E versione autem Graeca Septuaginta et duorum quaedam ad hanc confirmandam afferemus, adhibitis etiam ad eam illustrandam Aquilae Symmachi, Theodotionis, necnon Pentapla et Hexapla versionibus. Reddita est hae versio e lingua Palestinae in Hebraicam, et ex Hebraica in Graecam, et e Graeca in Syriacam, diebus Adaei apostoli, et Abgari regis; secunda autem vice a Philoxeno Mabugensi, tertia denique Alexandriae a S. Thoma Hharklensi.

Sequuntur eadem praefatio et fragmenta ex Hippolyto, aliisque ac in Hunt. 109, et Marsh. 327.

Cuique psalmo praefixa est introductio, qua breviter de ejus sensu disputatur, laudaturque quicquid de eo dixerint textus Hebraicus, versio LXX viralis, Aquila, Symmachus, Theodotion, Hippolytus Romanus, Athanasius, Jacobus Edessenus, Daniel Salachensis [f], aliique.

[f] Hujus Danielis commentarium in Psalmos citat Gregorius Bar-Hebraeus in Horreo Mysteriorum, cf. Ass. B. O. ii. 283.

In fine Ps. lix scriptus est hic colophon; ܟܬܒܗ ܕܡܙܡܘܪ ܕܝܘܕ ܢܒܝܐ ܕܗܘ ܕܐܬܝ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܙܡܘܪ ܘܡܙܡܘܪ ܕܐܡܪ ܒܗ ܡܪ ܓܪܓܘܪ ܡܦܪܝܢܐ ܘܕܐܝܠܐ ܐܦܣܩܦܐ ܕܛܠܐ ܡܙܥܠܬ ✣ ܣܝܡ Explicit. sectio prima Libri Psalmorum, ut eos exposuerunt Sanctus doctusque Mar Gregorius mafrianus, et Daniel Salachensis episcopus Telae Mauzalat.

In fine; ܣܝܡ ܟܬܒܗ ܕܡܙܡܘܪ ܕܝܘܕ ܢܒܝܐ ܕܗܘ ܕܐܬܝ ܒܗ ܡܢ ܟܠ ܡܙܡܘܪ ܘܡܙܡܘܪ ܕܐܡܪ ܒܗ ܡܪ ܓܪܓܘܪ ܡܦܪܝܢܐ ܘܕܐܝܠܐ ܐܦܣܩܦܐ ✣ ܣܝܡ Explicit. psalmi sive hymni Davidis regis et prophetae, dispositi secundum recensionem et commentarium S. Athanasii in libros 5, gradus 15, doxologias 60, versicc. 4832; sunt qui alios duodecim addant. David annos 30 natus unctus est, ante Christi incarnationem annos 995, perque alios 40 prophetae munere functus est. Dicit Bar-Hebraeus, unctum esse a Samuele Davidem annos 13 natum in anno Saul fil. Kish 23. In Theodori Nestoriani (Mopsuesteni) exemplari Psalmi sunt 150, sectiones 29, lau-

Commemoratur etiam in Cat. Cod. Vat. iii. 8: necnon Expositio ejus in Ecclesiastem, ib. 17. Quanti denique fuerit apud Syros ex eo adparet quod eum ܡܠܦܢܐ ܪܒܐ, doctorem divinum, vocaverunt: ib. 297.

dationes (ܫܠܝܡ) 20, gradus[g] cum ܫܬܝܢ ܣܝܡ 60, versicc. sine ܣܝܡ ܫܬܝܢ, 4803.

6. Explicatio vocis ܗܠܠܘܝܐ, Hallelujah, fol. 145.

7. Enumeratio nominum quorundam, e. g. Dei, Christi, excelsi, etc. quoties apud Psalmos occurrunt, ibid.

8. Psalmus cli, cum Athanasii praefatione; it. e versione Graeca, ܟܬܒ ܗܘܢ, fol. 146.

9. Nomina fratrum Davidis e versione libri Chronicorum Septuagintavirali, ܫܡ ܐܒܝܗܘܢ ܘܐܡ; it. patris et matris ejus ex Horreo Mysteriorum, ܡܢ ܐܝܣܝ, fol. 147.

10. Hymni biblici, ibid.

α. Hymnus Mosis in littore maris juncosi, ܒܫܐ ܕܒ ܢ ܠ, ib. *β*. Esaiae, fol. 148. *γ*. Mosis alter, fol. 149. In fine, ܣܘܟܠܐ ܕܬܫܒ̈ܚ ܘܩ ܕܩܪ̈ܝ ܫܥ̈ܐ ܕܟ ܕܩܪ̈ܝ ∴ Explicit. ministratio quarta, versicc. 364, disticha, sive versus binarii, 182. It. ܐܡܝܢ ܐܬ ܠܐ ,ܐ ∴ O serve Dei, lege, et ora pro eo qui propter Dñm nostrum exaravit. *δ*. Annae, ib. *ε*. Habacuc, fol. 152. *ϛ*. Esaiae alter, c. xxvi. 9—19, fol. 153. *ζ*. Jonae, fol. 154. *η*. Ananiae, et sociorum ejus, in duas partes divisus, ib. *θ*. Magnificat, fol. 158.

11. Symbolum Nicaenum, fol. 159.

Tit. ܗܝܢ ܣܘܟܠܐ ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܘܣܗܕܘܬܐ ܕܐܒ̈ܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫ̈ܐ ܕܒ̈ܝܘܡ̈ܝ ܡܠܟܐ ܩܣ̈ܛܢܛܝܢ ܢܨ̈ܝܒ̈ܝܢ ܕܐܬܟ̈ܢܫ̈ܘ ܒܢܝܩܝܐ ܕܒ̈ܝܬ ܢܝܩܝܐ ∴ Sequitur Fides, sive Homologia, et Confessio patrum sanctorum, qui diebus regis victricis Constantini urbem Nicaeam convenerunt, et Arium pudefecerunt: quibus ipse Christus Dñs noster eam ex suo ore recitavit; oportetque praeceptores ante omnia eam suos discipulos docere. In margine adscripta est rubrica, quae sacerdotem jubet eam in plurali numero recitare; in singulari autem quemque e coetu fidelium; si quis tamen eorum numero plurali utetur, oportet eum, ܟܬ̈ܒ ܐܢܫܐ ܕܒ̈ܪ ܡܢ ܦܓܪ̈ܐ ܘܢܦ̈ܫܐ ܕܒ̈ܪ̈ܝܐ ∴ ܐܢ ܕܒ̈ܪ̈ܝܐ ܕܐܢܫ̈ܐ, quasi ex humanae naturae persona, quae ex animae et corporis conjunctione constat, recitare.

12. Gloria in excelsis, ibid.

Tit. ܗܕܐ ܫܒܚܐ ܕܐܬܐܡܪ ܒܫܒ̈ܚ̈ܬܐ ܕܐܦ̈ܝ ܫܡ̈ܫ̈ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ܒ̈ܝ ܫ̈ܢ̈ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ܒ̈ܝ ܫ̈ܢ̈ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ,ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ,ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ,ܐ ∴ Hymnus Athanasii episcopi Alexandriae, qui nocte feriae primae et festorum dominicorum recitatur. E Graeco in Syriacum sermonem vertit S. Mar Paulus episcopus Edessae, qui etiam Cantica secundum traditionem, h. e. usum, Cansarensem Syriace reddidit[h].

---

[g] Hi gradus Nestorianorum iidem ac ܫܘܬܦ Jacobitarum esse videntur.

[h] Nobile fuit apud Syros Coenobium Bar-Aphtonii in urbe Kennesrin sive Cansara, multique ex ea prodierunt patriarchae Jacobitarum: quumque ipse Bar-Aphtonius insignis fuit poeta, multa in hymnis ecclesiasticis mutasse, multa etiam addidisse usus eorum videtur. Certe hanc Gloriam in excelsis mirum in modum auxit Paulus, inque eam etiam Trisagii cum Petri Fullonis additamentis amplificationem introduxit. Plura videas ap. Ass. B. O. ii. Diss. de Monoph. sub Kennesrin, et Le Quien Or. Christ. ii. 785, 786. De Paulo Edesseno recte censet Ass. B. O. i. 409, titulum Interpretis Librorum ei a Jacobitis inditum esse, e codd. Syr. Vat. xxv, xxvi, citans ,ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ܒ̈ܝ ܫ̈ܢ̈ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ,ܐ ܕܐܬ̈ܝ ܠܗ ,ܐ ∴: quia autem nunquam libros ab hoc Paulo Edesseno ex Graeco versos invenerit, male ibi ii. 47, 48, dicit eum non Edessae sed Callinici episcopum fuisse, verbum ܐܬܝܐ ad patriam tantum adludere putans: neque hoc ei sufficit, sed etiam Paulum Edessenum eundem esse ac Paulum Telensem, Versionis Syriacae-Hexaplaris auctorem, suspicatur, de qua nuper Dr. T. S. Rördam multa cum laude disseruit, in commentatione libris Judicum et Ruth sec. vers. Syriaco-

13. Regula, sive monitio de modo quo quisque preces suas obferre debeat, quam Syri ܟܢܢܐ adpellant, fol. 161.

14. Oratio Dominica, cum brevi explicatione, fol. 162.

15. S. Mar Ephraimi Homilia de Dei omnipresentia, fol. 164.

Tit. ,ܐܬ ܡܠܟܐ ܡܪܢܐ ܟܬܒܐ ܕܐܦ ∴ ܐܚܪܢ Sequitur S. doctoris Ephraimi homilia, cujus initium ܐܠܗܐ ܟܐܝܢ ∴ ܕܓ ܡܐ

16. S. Mar Jacobi (Sarugensis) Homilia in metro dodecasyllabo de peccato mentem obtenebrante, fol. 164.

Tit. ,ܐܬ ܡܪܢܐ ܟܬܒܐ ܕܝܥܩܘܒ ܕܐܦ ∴ ܡܠܦܢ Sequitur Mar Jacobi doctoris homilia, cujus init. ܡܚܝ ܐܢ ܡܫܝܚܐ ∴ ܐܚܪ ܡܢܐ

17. Varia e Jacobi Sarugensis homiliis metricis excerpta, ibid.

18. Preces, fol. 177.

α. Oratio cuilibet tempori apta, ib. β. Vesperae, fol. 178. γ. Tempori quo cubitum itur, ܡܐܕܡ ܥܡܢ, a Philoxeno episcopo Mabugensi, fol. 179. δ. It. ab Athanasio magno, ib. ε. A patre Joanne Pusillo[i], ib. ϛ. Oratio Severi apta quae recitetur quum aliquid aliquem contristet et conturbet, ib.

19. S. Mar Ephraimi Homilia, cujus init. ∴ ܐܢܐ ܐܡܪ ܥܕ ,ܐܬ ܠ ܕܦ, fol. 180.

20. Preces Dionysii Atheniensis, fol. 181. Ad calc. Oratio quam Joannes discipulos suos docuit: hortatio ad humilitatem; duoque aenigmata de dentibus et scriptis.

21. Homilia S. Mar Ephraimi de humilitate cujus init. ܡܫܝܚܐ ܐܡܪ ܥܡܢ, fol. 182.

22. Homilia Mar Jacobi doctoris, metro dodecasyllabo, fol. 189.

23. Homilia in eodem metro de sene Juliano, fol. 190.

24. Homiliae de amore pars, ܡܐܡܪ ܕܐܦ ܡܐ ,ܐܚܪ ܐܡܪ ܥܡ, fol. 192.

[Poc. 10.]

17.

Codex bombycinus, forma minutissima, ff. (235 − 1 =) 234 constans, initio fineque mutilus, charactere antiquiore exscriptus. Forte decimi quarti saeculi est. Insunt;

1. Psalmi in 20 *καθίσματα* divisi, in usum Melchitarum.

Deest fol. 1, quo inerat titulus, et Pss. i—ii. 1.

2. Mosis hymni, Ex. xv. 1—19, Deut. xxii. 1—41, fol. 227. Caetera desunt. [Poc. 2.]

18.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, in duodecimo, ff. 205 constans, Carshunicus, charactere simplici, A. C. 1642 pulchre exaratus. Insunt;

1. S. Joannis Evangelii versio Arabica, maximam in partem ei similis quae in Polygl. Lond. edita est, sed multis in locis ita emendata ut idiomati Arabum propior accedat. Brevis praemittitur praefatio de S. Joannis vita, et chronologia, fol. 1.

Tit. fol. 3. ,ܐܚܐ ܚܕܬܐ ܕܐܝܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܢ ܝܘܚܢܢ ,ܒܪ ܙܒܕܝ ,ܚܕ ,ܐܡܪ ܕܐܬ ∴ ܐܝܢܓܠܝܘܢ Initium faciemus scribendi Evangelium S. Patris Joannis, fil. Zebadaei, Dñique amici: Deoque laus. Ad calc. ,ܓ ,ܣܢܐ ܕ ܟ ܡ ,ܐܡܪ ,ܚܢ ,ܐܡܝܢ ,ܐܡܝܢ ,ܐܡܪ ,ܡ ,ܐܡܪ ∴ ܐܝܢܓܠܝܘܢ Factum est et adcurate exscriptum die 29 mensis Ob, manu pauperis

---

Hexaplarem, Hauniae, 1861, praefixa. Certe hoc in loco Paulus episcopus Edessae, ,ܦܠܘܣ ܐܦܣܩܦܐ ܕܐܕܐ, totidem verbis vocatur, planeque diversus fuit a Paulo Callinicensi et Paulo Telensi.

[i] De Joanne Pusillo ad patriarchatum Jacobitarum evecto A. C. 1208, cfr. Ass. B. O. ii. 232, 370; Le Quien, Or. Chr. ii. 1391.

vilisque servi servorum, sacerdotum Jesu, presbyteri Joannis filii Jarir.

In margine ܫܢܬ ܐܪܡܝܐ, annus sc. Graecorum 1953, C. 1642.

2. Psalmorum versio Arabica, e Septuagintavirali facta, sed Sionitae quam Polygl. Lond. versioni similior[a], fol. 61.

Tit. ܬܫܒܚܬܐ ܕܕܘܝܕ ܣܦܪܐ Liber Psalmorum Davidis. Ad calc. Ps. cli. صغيرا كنت في اخوتي Minimus fui inter fratres meos.

3. Hymni biblici, fol. 183.

Tit. ܫܒܚܬܐ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܘܫܒܚܬܐ Hymni e Lege praecipui; *α*. Mosis et Miriam, ib. *β*. Mosis hymnus alter, fol. 184. *γ*. Annae, fol. 187. *δ*. Esaiae, c. xxvi. 9—19, fol. 188. *ε*. Habacuc, fol. 189. *ϛ*. Jonae, fol. 190. *ζ*. Esaiae, c. xxvi. 1—8, fol. 191. *η*. Historia trium puerorum e sectione quarta Danielis prophetae, sc. ܫܒܚܬܐ ܕܬܠܬ ܛܠܝܐ ܡܢ ܦܨܠܐ ܪܒܥܝܐ ܕܕܢܝܐܝܠ ܢܒܝܐ, c. iii. 1—36, cum vv. 1, 2, hymni apocryphi, ib. *θ*. Trium puerorum, vv. 3—28, fol. 193. *ι*. Hymni pars caetera, vv. 29—68, necnon historiae, Dan. iii. 24—30, fol. 195. *ια*. Magnificat, fol. 198.

In fine; ܫܓܝܐܬ ܚܝܠ ܠܐܠܗܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܘܫܡܥ ܢܒܪ ܠܝܘܚܢܢ ܒܪ ܝܪ ܕܟܬܒ ܗܢ ܕܐܦ ܠܟܠ ܕܢܩܪܐ ܠܗ ܢܫܒܘܩ ܠܗ ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܠܐ ܢܬܪ ܥܠ ܠܗ ܒܡܪܝܪܘܬܐ ܐܠܐ ܢܡܚܐ ܠܗ ܠܟܠ ܚܛܗܘܗܝ ܘܫܘܬܝ ܕܟܠ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ ܚܛܝܐ ܗܘ ܘܠܐܠܗܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ⁘ ܡܬܝ ܠܗ ܠܡܪܝ ܐܡܝܢ. Deus magna tua misericordia, quae te ut Dñm decet, da veniam peccatorum et ignosce servo tuo presbytero Joanni filio Jarir, qui scripsit: facque etiam ut quicunque legat, benevole eum recordetur, neque acerbius culpet, sed mendas omnes et errata corrigat. Quidcunque enim creatum sit, culpae obnoxium est, et Dei soli laus.

[Bod. Or. 630.]

[a] Plura de his versionibus videas in dissertatione J. C. Doederlein apud Eichhornii Repertorium voll. ii et iv.

19.

Codex chartaceus in quarto, ff. 124 constans, charactere simplici adpositis punctis circa A. C. 1628 exaratus[a]. Insunt;

1. Liber Danielis secundum versionem simplicem, fol. 2.

Tit. ܣܦܪ ܕܕܢܝܐܝܠ ܢܒܝܐ Liber Danielis. Ad calc. ܣܦܪ ܕܕܢܝܐܝܠ ܗܠܝ Explicit. Danielis.

2. Fabula Draconis, fol. 48.

Tit. ܫܪܪܝܬܐ ܕܚܘܝܐ Sequitur Serpentis. Ad calc. ܗܠܝ ܫܪܪܝܬܐ ܕܚܘܝܐ ܕܣܠܩ ܡܢ ܠܐܠܗܐ ܣܦܪ ܕܕܢܝܐܝܠ ܗܠܝ Explicit. Danielis (historia) de serpente ab eo occiso.

3. Homilia S. Ephraimi metrica, fol. 57.

Tit. ܡܐ ܕܫܪܝܢ ܠܡܥܒܕ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܪܫܝܬ ܡܠܐ ܕܥܠ ܕܓ ܘܡܓ ܘܥܠ ܕܡܫܝܚܐ ⁘ ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܟܠ ܫܘܠܛܢ Ope Dei omnipotentis initium facimus scribendi homiliam Mar Ephraimi de fine mundi, et rerum consummatione; it. de Gog et Magog, et de Christo falso. Ad calc. ܣܦܪ ܕܐܦ ܡܐ ܕܫܪܝܢ ܠܡܥܒܕ ܗܠܝ ⁘ ܐ̈ ܡܠܐ ܫܘܒܚܐ Explicit. homilia de Gog et Magog, et de fine et consummatione mundi, A. C. 1628, et Deo gloria.

4. Excerpta ex Apocalypse, fol. 75.

Tit. ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܚܝܐ ܠܥܠܡ ܐ ܡܠܐ ܕܐ ܡܢ ܐܦܣܛܠܘܣ ܕܚܙܐ ܘܗܘ ⁘ ܐܦܩܠܘܦܣ Explicit. et Deo gloria in saecula[b].

5. Homilia Ephraimi metrica de humilitate et fide, fol. 95.

[a] In primo folio scriptum exstat: Liber Bibliothecae Bodleianae ex dono Mri Robson Colleg. Reginae Socii. Plura de eo videas ap. Cod. Bod. Or. 361.

[b] Haec excerpta non ultra c. xvii. 10. pergunt.

Tit. ... ✣ ... Ope sanctae Trinitatis initium facimus scribendi librum homiliae Mar Ephraimi de humilitate et fide. In duas partes divisus est, quarum altera fine manca est.

6. Carmina varia artificiosa, fol. 108.

a. Alphabetum Ephraimi, cujus init. ✣ ... Cuique literae tribuuntur octo versus, ib. *β*. Alphabetum alterum, cujus init. ..., fol. 111. *γ*. Alphabetum tertium cujus init. ... Cuique literae quatuor tantum versus conceduntur, fol. 112. *δ*. Homilia de judiciis divinis, fol. 114. Tit. ... ✣ Sequitur homilia quarta de divinis judiciis duobus metris scripta. Si enim verba minio scripta legas, metro est Ephraimi, sive heptasyllabo; si autem omittas, quod salvo sensu fieri potest, metro est Isaaci, sive hexasyllabo, vel etiam Balaei, sive pentasyllabo, in serie quarta. Omnes versus in ... desinunt. *ε*. Lamentatio filii senioris super filium prodigum, fol. 115. Tit. ... ✣ Sequitur homilia quinta quae Lamentatio est filii senioris super filium prodigum in evangelio: metro Mar Jacobi (dodecasyllabo) in serie quinta. Omnes versus in ... desinunt. *ϛ*. Filii prodigi responsio, fol. 116. Tit. ... ✣ Sequitur homilia sexta, sc. Responsio filii prodigi ad fratrem seniorem, in serie sexta, eodemque metro. Omnes versus in ... desinunt. *ζ*. Homilia de tempore consummationis, fol. 117. Tit. ... ✣ Sequitur homilia septima de bono tempore consummationis quod veris similitudine illustratur: et nota quod litera qua incipit distichon in fine cujusque versiculi iterum ante Olaph occurrit, et quod omnia disticha in Cheth desinunt. Scripta est in serie septima et metro Mar Ephraimi. *η*. Homilia de theoria corporea et incorporea, fol. 118. Tit. ... ✣ Sequitur homilia octava, sc. revelatio mentalis de ordine theoriae corporeae et incorporeae: item de purificatione, et illuminationis modo. Omnes versiculi ejus in ... desinunt, metroque ejusdem Ephraimi scripta est. *θ*. De humanis passionibus, fol. 120. Tit. ... ✣ ... Sequitur homilia nona de humanis passionibus e persona corporis et animi: omnes versiculi in Olaph desinunt cui praecedit eadem litera ac in initio versus. In eodem metro. *ι*. Canticum de poenitentia, fol. 123. Tit. ... ✣ Sequitur homilia decima, canticum et animae poenitentia: omnes versiculi in Olaph desinunt, cui praecedit eadem litera ac in initio versus. In metro Mar Ephraimi et Mar Ja-

cobi. ια. Homilia monitoria, fol. 124. Tit. ܡܫܡܪܝܬܐ ܕܡܘܬܐ : ܕܐܡܪ ܐܝܟܢܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܡܫܬܠܐ ܒܥܠܡܐ ܗܠܝܢ ܡܫܬܒܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢ ܕܐܬܝ ܠܗ ܠܡܘܬܐ ܘܡܫܬܒܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢ ∴ ܫܪܪ Sequitur homilia undecima, quae narratio est monitoria e persona mortui qui docet et ad flendum movet, et violentiam cupidinis restinguit. Cuique literae tres versus dantur.

Exstant quinque tantum versus: reliqua pars codicis deest. [Thurston 13.]

20.

Codex chartaceus in quarto e duobus partibus constans quarum in prima insunt ff. 42, in altera ff. 54, recenti manu, minimique pretii. Insunt in parte prima;

1. Liber Danielis prophetae, fol. 1. Ad calc. ܩܛܘܪܐ ܕܒܝܠ Historia idoli Bil, fol. 30; et ܫܘܒܐ ܕܚܝܐ Hist. Serpentis, fol. 32.

2. Oratio Hezechiae regis, Es. xxxviii. 10—22, fol. 34.

3. Symbolum Nicaenum, ib.

4. Excerpta biblica, sc.

α. Job. xiv. 7—22, fol. 35.

β. Gen. xxv. 7—11, ib.

γ. Eccles. vii. 1—8, ib.

δ. Hos. xiii. 9—15, fol. 36.

ε. Sirac. xxxviii. 16—23, ib.

ϛ. Lament. iii. 1—21, fol. 37.

ζ. Epistola Baruch, ib.

η. Ezech. xxxvii. 1—14, fol. 38.

θ. Gen. xxiii. 1—19, fol. 39.

ι. Gen. xxxv. 6—20, fol. 40.

ια. Eccles. xii. 1—7, ib.

ιβ. Ezech. xxiv. 25...., ib.

In altera parte inest Adparatus Grammaticus vix inchoatus. [Lamb. 4.]

21.

Codex membranaceus in folio, ff. 180 constans, valde vetustus, saeculi ut opinor noni, mutilus, initio fineque carens, binis columnis charactere Estrangelo luculenter exaratus.

Insunt Quatuor Evangelia secundum versionem simplicem, in breves sectiones, quas Syri Canones vocant, distributa, ita ut in Matthaeo insunt 426, in Marco 288, in Luca 396, in Johanne 264. Ad calcem cujusque folii loca in caeteris evangeliis parallela notata sunt.

Manibus diversis, multoque recentioribus charactere simplici hic illicque adscripta sunt puncta vocalia, et festa quibus quaeque lectio recitanda est.

In initio plus quam quadraginta desunt folia: numerantur enim fasciculi signis Coptícis in summo folio ad sinistrum, id quod vix alias vidisse memini: singulisque fasciculis plerumque insunt decem folia. Primum autem quod occurrit signum in fol. 7 sex valet, unde apparet ferme ff. 44 deesse. Inerant Matt. cc. i—viii. 34. Postea desunt Matt. xviii. 35—xix. 17: xxiii. 28—xxiv. 6. Luc. iv. 24—42: v. 36—vi. 35: xii. 19—57: xxiv. 41—Joh. i. 9: xv. 18—xvi. 11: xxi. 12 ad finem.

Transponuntur in initio folia, ita ut ordo sit 1, 2, 4, 5, 3, 6: fol. 45 bombycinum est, charactere simplici, manu recentiore.

Qui solus restat colophon in fine evangelii Marci legitur, fol. 82, sc. ܫܠܡ ܠܡܪܩܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܒܪܘܡܝ . ܒܠܫܢ ܪܘܡܝ ∴ ܒܟܬܒ ܫܠܡ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ Explicit. scriptio evangelii S. Marci evangelistae quod Latine in urbe Roma locutus est: insunt versicc. 1775. Sequitur evang. Lucae tit., sc. ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ

ܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ Evangelium sanctum praedicationis Lucae. Denique in fol. bombycino 45, cui inest Evangelii S. Matthaei finis, haec epigraphe Arabice adscripta est: هـاذا الانجيل المقدس وقف موبدا وحبسا مخلد علي دير مار يونان بقرية صدد المحروس ولا لاحد سلطان من الله تعالي يخرجه منه بغير راي مالك الدير المذكور وغـيـرها ܐ In perpetuum et sempiternum usum legatum est hoc sanctum Evangelium monasterio Mar Jonae in urbe munita Sedad[a]: neque alicui licet a Deo summo ut sine consensu Abbatis monasterii supradicti id ex eo amoveat, etc. [Dawk. 3.]

22.

Codex membranaceus in folio minori, ff. (142 − 10 =) 132 constans, magnam prae se antiquitatem ferens, initio fineque mutilus, charactere Estrangelo egregia cum cura scriptus.

Insunt Quatuor Evangelia secundum versionem simplicem, sc.

α. Matthaei, in capita 22 distributum.

Ff. 1—10 desunt, et cc. i—viii. 14. Ad calc. :ܒܪ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܥܠ :ܫܪܝܪܐ :ܒܫܠܡ :ܐܝܟܐ :ܡܬܠ ܐ Explicit. evangelium beati Matthaei, quod locutus est et praedicavit et docuit Hebraice in Palaestina.

β. Marci, in capp. 13 distributum, fol. 44.

Tit. :ܫܠܝܚܐ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܩܕܫ ܐ Sequitur evangelium sanctum praedicationis Marci. Ad calc. :ܥܠ :ܒ :ܫ :ܫܠܝܚܐ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܫܠܡ ܐ Explicit. evangelium sanctum Marci qui fuit e septuaginta, quod Romae locutus est.

γ. Lucae, in capp. 23 distributum, fol. 68.

Tit. :ܫܠܝܚܐ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܩܕܫ ܐ Praedicatio Lucae apostoli. Ad calc. :ܥܠ :ܫܪܝܪܐ :ܐܝܟܐ :ܡܬܠ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܫܠܡ ܐ Explicit. evangelium Lucae, quod locutus est et praedicavit Graece Alexandriae.

δ. Joannis, in capp. 19 distributum, fol. 109.

Tit. :ܫܠܝܚܐ :ܣܒܪܐ :ܐܘܢܓܠܝܘܢ :ܩܕܫ ܐ Sequitur evangelium sanctum praedicationis Joannis apostoli.

Ultima duo folia bombycina laevigata sunt, manu recentiore at satis vetusta, charactere Nestoriano, ad lacunam explendam exarata. Ad calc. adscripta est epigraphe; ܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪ ܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܕܐܬܐ ܒܫܠܡ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܪ ܨܠܘ ܠܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ ܕܟܬܒ ܗܢܐ ܣܦܪܐ ܕܩܘܪܒܢܗ ܕܥܠ ܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܢܫܐܠ ܒܥܘܬܐ ܠܡܚܘܣ ܠܟܬܒ ܠܗ ܠܐܠܝܐ ܕܟܬܒ ܐ Explicit. auxilio Dñi nostri Jesu Christi. Quicunque legit, oret pro peccatore qui exaravit. Filius Dei qui sacrificio suo mundum expiavit peccata expia servi tui Eliae, qui scripsit.

Et in obverso, recentiore manu, sermone bilingui, pessime scripta; ܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪ ܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܕܐܬܐ ܒܫܠܡ ܒܝܘܡ ܫܒܬܐ ܩܕܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܬܪ ܨܠܘ ܠܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܐܠܗܐ ܕܟܬܒ ܗܢܐ ܣܦܪܐ ܕܩܘܪܒܢܗ ܕܥܠ ܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܢܫܐܠ ܒܥܘܬܐ ܠܡܚܘܣ ܠܟܬܒ ܠܗ ܠܐܠܝܐ ܕܟܬܒ ܐ Hunc librum evangelii sancti,—sint preces ejus nobiscum, Amen: emit peregrinator Hierosolymitanus orientalis, Mobarak, e pago Ain Vardo benedicto, quamvis peregrinus fuit et pauper. Emit autem eum a parocho Simeone ex urbe benedicta Ain Takd (?) pretio duodecim zuzim[a] in usum filii ejus diaconi Jusuf.

---

[a] De urbe Sedad, seu Zedad, cf. Num. xxxiv. 8; Ezech. xlvii. 17; Ritter, Erdkunde, xvii. 798, 1002, etc.

[a] Valet ܙܘܙܐ, zuza, quarta pars sicli; dedit igitur Mobarak pro nobili hoc codice nostrae monetae 7*s*. 6*d*. In monte

Dñs veniam ei det, et omnibus Christianis qui in Christo credunt, cui ex omni ore sit gloria in saecula, Amen. [Dawk. 27.]

23.

Codex bombycinus in folio, ff. 378 constans, vetustus, mutilus, initio fineque carens, e tribus saltem codicibus compactus, binis columnis, quarum altera sermone Syriaco, altera Arabico Carshunice, charactere simplici, exscripta est.

Insunt Quatuor Evangelia secundum versionem simplicem, cui addita est versio Arabica[a], in lectiones prout festis diebus in ecclesia Syriaca recitari solent, distributa.

α. Matthaei, fol. 1.

Exstant cc. vi. 30—ix. 13; ix. 18—xi. 3; xi. 2—xxv. 5; xxv. 18—xxvi. 30; xxvi. 46 usque ad finem. Ad calc. ܥܠܡ ܡܪܢ ܥܠ ܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ, et Arab. كمل انجيل مثي البشير باتحاد الله التي بشر فيه عبرانيا في فلسطين غفر الله تعالي القاري والسامع والناسخ الخاطي امين امين امين ⁘ Explicit. Dei gratia evangelium Matthaei evangelistae quod Hebraice in Palaestina evangelizavit: Deus summus det veniam et lectori et auditori et scribae peccatori, Amen.

β. Marci, fol. 97.

Tit. ܣܒܪܟ ܐܢܐ ܡܪܩܘܣ ܫܠܝܚܐ ⁘ ܐܝܢܐ ܣܒܪ ܐܢܓܠܝܘܢ ܕܣܒܪܟ ܐܢܐ ܡܪܩܘܣ ܫܠܝܚܐ Evangelium sanctum praedicationis Marci evangelistae. Exstant cc. i—iii. 7; iii. 19—v. 27; v. 30—ix. 18; ix. 26—x. 43; xi. 9—17; xii. 2—xiii. 4; xiii. 39—xv. 15; xiv. 68 usque ad finem. Ad calc. ܥܠܡ ܡܪܢ ܥܠ ܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ⁘ Explicit. evangelium sanctum praedicationis Marci, quod Latine in urbe Roma locutus est: et Deo gloria, nobisque misericordia ejus in saecula, Amen.

γ. Lucae, fol. 164.

Tit. ܣܒܪܟ ܐܢܐ ܠܘܩܐ ܫܠܝܚܐ ⁘ ܐܝܢܐ ܣܒܪ ܐܢܓܠܝܘܢ ܕܣܒܪܟ ܐܢܐ ܠܘܩܐ ܫܠܝܚܐ Jam scribemus evangelium sanctum praedicationis Lucae evangelistae: preces ejus nobiscum, Amen. Exstant cc. i—ii. 10; ii. 38—xix. 8; xix. 17—xxi. 5; xxii. 25—53; xxiii. 44—xxiv. 25; xxiv. 34 ad finem. Ad calc. ܥܠܡ ܡܪܢ ܥܠ ܟܠ ܡܫܝܚܝܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ ܕܐܝܬ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ⁘ Explicit. praedicatio Lucae quam Graece Alexandriae magnae locutus est: preces ejus nobiscum, Amen.

δ. Joannis, fol. 279.

Tit. ܣܒܪܟ ܐܢܐ ܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ⁘ ܐܝܢܐ ܣܒܪ ܐܢܓܠܝܘܢ ܕܣܒܪܟ ܐܢܐ ܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ Sequitur evangelium sanctum praedicationis Joannis apostoli. Exstant omnia praeter cc. i. 12—20; xxi. 22—25[b].

Ad primum codicem pertinent ff. 1—17, 84—114, 156—352: ad secundum ff. 18—83: ad tertium ff. 352—378. [Dawk. 46.]

24.

Codex bombycinus in folio, ff. 107 constans, binis columnis charactere simplici optime

---

Libano pagus est qui nomen Ain Vardo, *fontem rosarum*, fert, sed quum sese vocat Mobarak orientalem المشرقي, opinor eum ex altero in Mesopotamia Ain Vardo oriundum, ubi ferunt Noachum impendente diluvio in archam intrasse. Quod autem etiam sese vocat Hierosolymitanum المقدسي, eum sanctam ad urbem Hierosolyma peregrinationem fecisse arbitror. Nota denique hic, et ad Codd. Hunt. 109, Marsh. 327, etc. quo studio parentes filiis suis diaconis libros sacros emunt.

[a] Arcte consentit haec versio cum textu Erpeniano, Leidae, 1616. Omittit tamen sectionem de muliere in adulterio capta, Joh. vii. 53—viii. 11, quam exhibet Erpenius. Quantum contuli, minima cura descripta videntur, quaecunque ad primum codicem pertinent.

[b] Omissa est de industria sectio de muliere in adulterio capta, Joh. viii. 1—11, ut fere in omnibus codicibus antiquioribus, e. g. Dawk. 3 et 27; Bod. Or. 361, etc. necnon in versione Hharklensi, e. g. Canon. Or. 130.

exaratus. Anni nota caret, sed saeculi duodecimi esse opinor.

Insunt Quatuor Evangelia secundum Thomae Hharklensis versionem in lectiones prout in ecclesia recitari solent distributa: quarum in evang. Matthaei insunt 74, Marci 40, Lucae 72, Joannis 46.

1. Index festorum per anni circulum, sectionumque in singulis festis recitandarum.

Tit. ... ✣ Ope Dei scribemus lectionum evangelii ordinem. Ad calc. ... ✣ Explicit. scriptio indicis per anni circulum. Quicunque legit oret amice pro omnibus qui ejus participes fuerint, simulque et possessor et scriba et lector veniam peccatorum accipiant in saecula saeculorum, Amen [a].

2. Evangelia quatuor, sc.

α. Matthaei, fol. 1.

Tit. ... ✣ Potentia et auxilio a Deo dato freti initium facimus scribendi Librum Evangelii sancti Christi servatoris nostri a quatuor evangelistis conscriptum, secundum adcuratam Thomae Hharklensis correctionem. Et primum, praedicationem Matthaei apostoli et evangelistae. Ad calc. ... ✣ Explicit. evangelium sanctum Matthaei apostoli, quod praedicavit et locutus est Hebraice in regione Palaestinae: preces ejus... [b].

β. Marci, fol. 32.

Tit. ... ✣ Evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi: praedicatio Marci apostoli. Ad calc. ... ✣ Explicit. evangelium sanctum Marci evangelistae, quod Latine praedicavit et locutus est in magna urbe Roma: preces ejus nobis opitulentur, Amen et Amen.

γ. Lucae, fol. 51.

Tit. ... ✣ Evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi; praedicatio Lucae evangelistae. Ad calc. ... ✣ Explicit. evangelium sanctum Lucae evangelistae, quod Graece in magna urbe Alexandria locutus est et praedicavit: preces ejus nobiscum, Amen et Amen.

δ. Joannis, fol. 83.

Tit. ... ✣ Evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi: praedicatio Joannis apostoli et evangelistae. Ad calc. ... ✣ Explicit. evangelium sanctum Joannis evangelistae, quod Graece Ephesi locutus est et praedicavit.

---

[a] Tria hujus indicis folia priora manu recentiore, ad locum alterius indicis longo usu detriti explendum, scripta sunt: pars postrema cum colophone adhuc exstat.

[b] In fol. 28 sectio 69, sc. c. xxvi. 1—16, in textu omissa, recentiore manu in margine adscripta est. Casu eam omissam esse patet ex eo quod proxima sectio § 70 designatur.

3. Actorum Apostolorum c. i. 1—10, fol. 107.
Tit. ܗܢܘܢ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܬܝܕ ܠܡܬܐ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ
Acta duodecim apostolorum sanctorum. Caetera desunt [c]. [CANON. ORIENT. 130.]

25.

Codex chartaceus in folio, ff. (24 + 233 =) 257 constans, a Samuele Clerico, archityographo, charactere simplici concinne descriptus. Insunt;

1. Epistola de fide Nicaena a Gabriele Alexandriae patriarcha ad Ignatium patriarcham Antiochenum.

Tit. post solitas invocationes, من غبريال اصغر عبيد السيد يسوع المسيح .... بطريرك المدينة العظم الاسكندرية .... الي مار اغناطيوس .. المنتخب لكرسي بطرس راس الرسل بمدينه الله انطاكية E Gabriele minimo servorum Domini Jesu Christi, patriarcha urbis magnae Alexandriae, ad Mar Ignatium electum qui thronum Petri principis apostolorum in urbe Antiochia impleat. E foliis constat viginti.

2. Evangelia quatuor secundum versionem Philoxenianam, a Thoma Hharklensi emendatam [a]. [Poc. 316.]

[c] De hac versione disseruit G. H. Bernstein in commentatione sua de Hharklensi Novi Testamenti Translatione Syriaca, Vratislaviae, 1837.

[a] E Cod. Bod. Or. 361 descriptum esse hunc codicem pro certo habeo. Omnia enim quae illi codici propria sunt, hic etiam fideliter refert, illis tantum omissis, quae minio scripta sunt, et quae credo postea addere in animo habuit, spatiis aptis ubique relictis. Adde quod ille solus codex in Bibl. Bodleiana versionis Hharklensis in illo tempore innotuit, cf. Storr, Observationes super N. T. verss. Syriacas, § 30: denique variae quaedam lectiones sunt parvi momenti inter Cod. Bod. Or. 361 et editionem quam protulit White, quibus omnibus consentit hoc Clerici exemplar; e. g. Matt. i. 18. ܒܬܘܠܬܐ, sed ed. Wh. ܒܬܘܠܬܐ; ib. 20. ܒܬܘܠܬܐ, W. ܒܬܘܠܬܐ; ib. 23. ܥܠܡܬܐ, W. ܥܠܡܬܐ: c. ii. 1. ܒܝܬ ܠܚܡ, W. ܒܝܬ ܠܚܡ; ib. 3. ܡܢ ܕܡܕܡ ܕܗ, W. ܕܡܕܡ ܡܢ ܕܗ: et multa alia ejusdem generis.

26.

Codex chartaceus in quarto, ff. 253 constans, charactere Syro-Malabarico [a], exscriptus. Anni nota caret, sed saeculi decimi noni ineuntis est.

Inest Quatuor Evangeliorum versio simplex, sicut hodie a Syris Jacobitis in agro Malabarico legitur, in lectiones divisa prout festis diebus recitare solent [b].

a. Matthaei evangelium, fol. 8.
Tit. opere intertexto crasse depicto circumdatus, ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܣܒܪܬܐ ܕܚܝܐ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ ⁘ Evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi; praedicatio vivifica Matthaei apostoli vitam et salutem mundo praedicantis. Ad calc. ܣܠܩ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܣܒܪܬܐ ܕܚܝܐ ܠܥܠܡ ⁘ ܣܒܪ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ⁘ ⁘ ⁘

Explicit. evangelium sanctum praedicationis Matthaei apostoli, quod Hebraice in terra Palaestina locutus est; manibus presbyteri Abrahami infirmi pauperisque Mamllosharyo, hoc est, interpretis[c], filii Matthaei, filii Georgii, fil. Matthaei. Sequitur expositio brevis Parabolae Vineae.

β. Marci, fol. 82.

Tit. Evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi; evangelizatio vivifica Marci evangelistae, vitam et salutem mundo praedicantis. Ad calc. Explicit. evangelium sanctum praedicationis Marci evangelistae, quod Latine Romae locutus est, Amen.

Et postea; O fratres, quum hunc librum legitis propter Dñi nostri amorem orate pro presbytero Abrahamo peccatore et paupere, qui hunc *librum* inquinavit (h. e. exscripsit) ope a Dño nostro ei data.

γ. Lucae, fol. 125.

Tit. Evangelium sanctum Christi salvatoris nostri, sec. praedicationem Lucae evangelistae. Ad calc. Explicit. evangelium sanctum praedicationis Lucae evangelistae, quod Graece locutus est et praedicavit Alexandriae magnae. Preces ejus nobiscum, Amen.

δ. Joannis, fol. 199.

Tit. Sequitur evangelium sanctum Dñi nostri Jesu Christi, sec. praedicationem Joannis apostoli. Ad calc. nullus exstat colophon.

[Bod. Or. 666.]

27.

Codex chartaceus in quarto, ff. 210 constans, charactere Syro-Malabarico, A. C. 1801, pulchre exaratus[a].

Inest Quatuor Evangeliorum eadem versio ac in codice proxime antecedente.

α. Matthaei evangelium, fol. 8.

Tit. Ope Dñi et Dei nostri Jesu Christi initium facimus scribendi Librum Evangelii sancti. Et primum Evangelium secundum praedicationem Matthaei. Ante titulum satis inscite depicta est S. Matthaei effigies, vestibus

---

[c] An recte hoc vocabulum interpretatus sim nescio. Sine dubio saepe vult *exposuit, interpretatus est*, e. g. Ass. B. O. ii. 253. *Librum Euclidis exposuit;* et certe, nisi secuta sit glossa , securo animo reddidissem *qui orationem solvit*, h. e. interpres, vulgo . Quum tamen passim significat *principium, initium*, ita ut grammatici eo utuntur pro propositionis *subjecto*, significare debet, *locutionis initium*, vel ut liberius reddam, *prolocutorem*.

